


usq· admessem· tempore· messis· dicam messoribus·
Colligite primum zizania· et alligate ea fasciculos ad
conburendum· triticum autē congregate inhorreū meū·
Aliam parabolam ꝓposuit eis dicens· Simile est regnum
cęlorū· grano sinapis· quod accipiens homo seminauit
in agro suo· qđ minimū quidē ē omīb; seminibus· Cū
autē creuerit maius est omīb· holeribus· et fit arbor·
ita ut uolucres cęli ueniant· & habitent in ramis eius·
Aliam parabolam locutus ē eis· Simile ē regnū cęlorū
fermento qđ acceptū mulier abscondit in farinae sat
tribus donec fermentatū est totum·
Haec oīa locutus est ihs in parabolis ad turbas· et sine pa
rabolis non loquebatur eis· Ut impleretur qđ dictū ē
p prophetā dicentē· Aperiā in parabolis os meum·
eructuabo abscondita a constitutione mundi·
Tunc dimissis turbis uenit in domū· et accesserunt ad eū
discipuli eius dicentes· Edissere nobis parabolam zi
zaniorū agri· Qui respondens· ait· qui seminat bonū
semē· ē filius hominis· Ager autē ē mundus· Bonum
autē semē· hi sunt filii regni· Zizania autē· filii sunt nequā·
Inimicus autē qui seminauit ea ē diabolus· Messis uero
consummatio sęculi est· Messores autē angeli sunt· Sicut
ergo colliguntur zizania· & igni conburuntur· sic erit
in consummatione sęculi· Mittet filius hominis angelos
suos et colligent de regno eius oīa scandala· et eos qui
faciunt iniquitatē· et mittent eos in caminum ignis· Ibi

·11·

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG
Trierer DOM
HESSEN
Staatliche Schlösser
und Gärten Hessen
UNESCO
Organisation der
Vereinten Nationen für
Bildung, Wissenschaft,
Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch
Welterbestätte
seit 1991
© Hohe Domkirche zu Trier, Domschatz
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/dst_ms137-133-65/0058